


# VOTIEFMIS TOT VERGEVING VAN ZONDEN



## 1. INTROITUS



Misereris omnium Domine, et nihil odisti eorum quæ fecisti: dissimulans peccata hominum propter pænitentiam et parcens illis: quia tu es Dominus Deus noster. Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

## 1. INTROITUS

Gij ontfermt U over allen, Heer, en haat niets van wat Gij gemaakt hebt en ziet voorbij aan de zonden van de mensen om hun boetvaardigheid en spaart hen omdat Gij de Heer, onze God, zijt. Ontferm U over mij, o God, ontferm U over mij want op U vertrouwt mijn ziel. Eer aan de Vader en de Zoon en de Heilige Geest. Zoals het was in het begin, en nu, en altijd, en in de eeuwen der eeuwen, Amen.

M18

K

Y- ri- e \* e-lé- i-son. *ijj.* Christe e- lé- i-son. *ijj.*Ký- ri- e e-lé- i-son. *ij.* Ký- ri- e \* e- lé- i-son.

## 2. COLLECTA

Exaudi, quæsumus, Domine supplicum preces et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. **Amen.**

## EPISTEL

Fratres: condolector legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore

## 2. COLLECTA

Wij smeken U, Heer, verhoor het gebed van wie nederig tot U bidden en straf de zonden niet van wie U hun schuld belijden, opdat wij van uw goedheid naast vergeving ook vrede mogen verkrijgen. Door Jezus Christus, uw Zoon, onze Heer, die met U leeft en heerst in de eenheid van de Heilige Geest, God, door de eeuwen der eeuwen, **Amen.**

Mijn innerlijk schept behagen in Gods wet, maar in mijn handelen ontwaar ik een andere wet, die strijd voert tegen de wet van mijn rede, en mij gevankelijk uitlevert aan de heerschappij van de zonde over mijn daden. Rampzalige mens die ik ben! Wie zal mij

mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. **Deo gratias!**

Aan mijzelf overgelaten dien ik dus met mijn rede de wet van God, maar met de daad de wet van de zonde. **Wij danken God!**

### **3. GRADUALE**

Propitius esto, Domine, peccatis nostris, nequando dicant gentes: ubi est Deus eorum? Adiuva nos, Deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui, Domine, libera nos!

### **ALLELUIA**

Deus Iudex iustus fortis et patiens: numquid irascetur per singulos dies?

### **EVANGELIE**

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Petite, et dabitur vobis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit; et, qui quaerit, invenit; et pulsanti aperietur. Quem autem ex vobis patrem filius petierit piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi?

redden van dit bestaan ten dode? God zij gedankt door Jezus Christus onze Heer!

### **3. GRADUALE**

Ontferm U over onze zonden, Heer, opdat de heidenen niet zullen zeggen: waar is die God van hen? Help ons, God onze Redder: omwille van de eer van uw Naam, bevrijd ons!

### **ALLELUIA**

God is een rechtvaardige, machtige en lankmoedige Rechter: Hij zal toch niet eeuwig toornig zijn?

In die tijd zei Jezus tegen zijn discipelen: Vraagt en u zal gegeven worden; zoekt en gij zult vinden; klopt en er zal worden opengedaan. Want al wie vraagt, verkrijgt; wie zoekt, vindt; en voor wie klopt, wordt opengedaan. Is er soms onder u een vader die aan zijn zoon een steen

Aut si petierit ovum, num-  
quid porriget illi scorpionem?  
Si ergo vos, cum sitis mali,  
nostis dona bona dare filiis  
vestris, quanto magis Pater de  
caelo dabit Spiritum Sanctum  
petentibus se”. **Laus Tibi,  
Christe!**

gaven aan uw kinderen weet te geven, hoeveel te meer zal dan uw Vader in de hemel de heilige Geest geven aan wie Hem erom vragen.’ **Lof zij U, Christus!**

#### **4. OFFERTORIUM**

Domine exaudi orationem  
meam et clamor meus ad Te  
veniat!

#### **5. SECRETA**

Hostias tibi, Domine placationis et laudis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absolvas et nutantia corda tu dirigas. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. **Amen.**

#### **6. PREFATIO**

Dominus vobiscum,  
**et cum spiritu tuo.**

zal geven, als deze hem om brood vraagt? Of als hij om vis vraagt, zal hij hem toch in plaats van vis geen slang geven? Of als hij een ei vraagt, zal hij hem toch geen schorpioen geven? Als gij dus, ofschoon ge slecht zijt, goede

gaven, hoeveel te meer zal dan uw Vader in de hemel de heilige Geest geven aan wie Hem erom vragen.’ **Lof zij U, Christus!**

#### **4. OFFERTORIUM**

Heer, verhoor mijn gebed!  
Mijn geroep kome tot U!

#### **5. SECRETA**

Wij dragen U, Heer, zoen- en lofoffers op opdat Gij onze misdaden barmhartig vergeven zal en zelf onze wankele harten richten moge. Door onze Heer Jezus Christus uw Zoon, die met U leeft en heerst in de eenheid van de Heilige Geest, God, door de eeuwen der eeuwen, **Amen.**

#### **6. PREFATIO**

De Heer zij met u,  
**en met uw geest.**

Sursum corda,  
**habemus ad Dominum.**

Gratias agamus Domino Deo  
nostro,  
**Dignum et iustum est.**

Vere dignum et justum est,  
æquum et salutäre, nos tibi  
semper et ubique grátias  
agere: Dómine sancte, Pater  
omnípotens, ætérne Deus:  
per Christum, Dóminum no-  
strum. Per quem majestátem  
tuam laudant Angeli, adórant  
Dominatiónes, tremunt Po-  
testátes. Cœli cœlorúmque  
Virtútes ac beáta Séraphim  
sócia exsultatióne concéle-  
brant. Cum quibus et nostras  
voces ut admitti jubeas, de-  
precámur, súpplíci confessio-  
ne dicéntes:


Verheft uw hart,  
**Wij zijn met ons hart bij de  
Heer.**

Brengen wij dank aan de  
Heer onze God,  
**Hij is onze dankbaarheid  
waardig.**

Waarlijk passend en terecht is  
het, redelijk en heilzaam, dat  
wij U altijd en overal dank-  
zeggen, Heilige Heer, almach-  
tige Vader, eeuwige God:  
door Christus onze Heer.  
Door wie de engelen uw  
majesteit loven, de heerschap-  
pijen haar aanbidden, de  
machten haar met eerbiedige  
vrees vereren, de hemelen en  
de krachten van de hemelen  
en de gelukzalige serafijnen  
haar met eenstemmig geju-  
bel vieren. Dat Gij ook onze  
stemmen daarmee wil aanne-  
men, smeken wij, terwijl wij  
nederig belijden:

M18

**S**



Anctus, \* Sanctus, Sanctus Dóminus De- us Sá-

ba-oth. Ple-ni sunt caeli et terra gló-ri- a tu- a. Ho-sánna  
 in excélsis. Be-ne-díctus qui ve-nit in nómine Dómi-ni.  
 Ho-sánna in excélsis.

M18

**A** -gnus De- i, \* qui tol-lis peccá-ta mundi : mi-se-  
 ré-re no-bis. Agnus De- i, \* qui tol-lis peccá-ta mundi :  
 mi-se-ré-re no-bis. Agnus De- i, \* qui tol-lis peccá-ta mun-  
 di : do-na no-bis pa-cem.

## 7. COMMUNIO

Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit et qui quærit invenit et pulsanti aperietur.

## 7. COMMUNIO

Vraagt en gij zult verkrijgen, zoekt en gij zult vinden, klopt en u zal worden opengedaan. Immers: alwie vraagt, verkrijgt, wie zoekt vindt en wie klopt zal worden opengedaan.

## 8. POSTCOMMUNIO

Præsta nobis æterne Salvator:  
ut percipientes hoc munere  
veniam peccatorum deinceps  
peccata vitemus. Per Dómi-  
num nostrum Iesum Chris-  
tum Filium tuum, qui tecum  
vivit et regnat, in unitate Spi-  
ritus Sancti, Deus, per omnia  
sæcula sæculorum. **Amen.**

### WEERZEGEN NA HET LAATSTE EVANGELIE

A fulgure, grandine et tem-  
pestate. **Libera nos, Domine  
Jesu Christe.**

Ostende nobis, Domine, mi-  
sericordiam tuam.  
**Et salutare tuum da no-  
bis.**

Domine, exaudi orationem  
meam. **Et clamor meus ad te  
veniat.**

Dominus vobiscum.  
**Et cum spiritu tuo.**

Oremus! Quaesumus, om-  
nipotens Deus, ut, inter-  
cessione sanctae Dei Ge-

## 8. POSTCOMMUNIO

Verleen ons, eeuwige Zalig-  
maker, dat wij die door deze  
Gave vergeving van onze  
zonden verkrijgen de zon-  
de voortaan mogen vluch-  
ten. Door onze Heer Jezus  
Christus uw Zoon, die met U  
leeft en heerst in de eenheid  
van de Heilige Geest, God,  
door de eeuwen der eeuwen,  
**Amen.**

Van bliksem, hagel en on-  
weer, **Bevrijd ons, Heer Jezus  
Christus.**

Toon ons, Heer uw barmhar-  
tigheid, **En schenk ons uw  
heil.**

Heer, verhoor mijn gebed, **En  
mijn roepen kome tot U.**

De Heer zij met u,  
**en met uw geest.**

Laat ons bidden. Wij bidden  
U, almachtige God, verleen  
ons, op voorspraak van de

nitricis Mariae, sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, Viduarum, et omnium Sanctorum tuorum, continuum nobis praestes subsidium, tranquillam auram permittas, atque contra fulgura et tempestates desuper nobis indignis tuam salutem effundas de caelis, et generi humano semper aemulas, dextera potentiae tuae, aereas conteras potestates. Per eundem Christum, Dominum nostrum. **Amen.**

Dominus vobiscum.  
**Et cum spiritu tuo.**

Benedictio Dei omnipotentis, Patris + et Filii et Spiritus Sancti, descendat super vos, locum istum et fructus terrae et maneat semper.  
**Amen.**

heilige Maria, moeder van God, van de heilige engelen, patriarchen, profeten, apostelen, martelaars, belijders, maagden, weduwen en al uw heiligen altijd uw bescherming. Geef rust in de hemelen, laat tegen bliksem en onweer uw heil uit de hemel over ons, onwaardigen, neerdalen en vernietig met uw sterke Hand de machten in de hemelen die de mens vijandig gezind zijn. Door Christus, onze Heer. **Amen.**

De Heer zij met u.  
**En met uw geest.**

De zegen van de almachtige God, Vader + Zoon en Heilige Geest dale neer over u, over deze plaats en over de vruchten van de aarde, en blijve daarop rusten. **Amen.**